

cerebri, tolluntur remediis, quae his malis propria, tum applicatione antiphlogisticorum, detergentium, antisepticorum, filo, & lamella plumbea (292.), Caeterum malignitas vulnere capituli censetur.

1. loco, in occipite, vertice, pariete, suturis, pessima. 2. symptomatibus, febris post septimam cum frigore, tremore, vulnere pallido, arido, livido, osse aspero, flavo, hemiplegia, convulsione. 3. aetate. 4. temperie. 5. tempestate anni. 6. malignitate impuri, putrisque aeris.

295. Si cruor, pus, fordes sub membrana latentes deprehenduntur post perforatum cranium, audacter incidenda, percutiendave erit membrana coercens.

### VULNERA THORACIS.

297. **V**ulnera Thoraci *inflicta*, nec in cava penetrantia, cognoscuntur ad spectu, stylo, aere nulla arte exillente, injectae tepidae repulsi, corporis situ, ut in accepto vulnere, eodem, signis certis adnati pulmonis ad illum locum pleurae, quem transit ictus.

298. Si obliqua descendunt illa (297.) supra, vel intra costas, saepe dein pleura erosa in cava Thoracis pus deponunt, maxime, si puri ad externa egressuro via

E 3

qua-

quacunq[ue] arte impeditur. Tumque Em-  
pyema fit, & inde multa mala.

299. Quare in curatione abstinendum  
ab omni turunda, emplasticis, compri-  
mentibus; contra depurantibus, balsami-  
cis, plumaceolis, levi ligatura utendum,  
& situ corporis apto.

300. In cava Pectoris adire scimus 1.  
considerata causa cum amplitudine vulne-  
ris. 2. Specillo corpori in situm vulne-  
randi reposito; applicato. 3. Aeris in  
pulmonem inspiratu forti, dum clausum  
vulnus, mox naribus & ore clausis nixu  
expirantis edito, tumque detecto subito  
vulnere, expiratione, & saepe sono ejus  
agitati in cavo pectoris. 4. Injectione.  
5. Emphysemate, quando aer thoracis ca-  
vo contentus; pertusi pulmonis actione  
assidue auctus; calefactus; rarefcens;  
pressus inspiratu; exire impeditus libere  
ex vulnere; in labiis vulneris actus per  
membranam cellulofam; auctus; facit ut  
saepe totus homo, hinc inde ad 11. polli-  
ces, tumore pellucido, levi tumeat; solis  
plantis pedum, manuumque volis ex-  
ceptis. Ac. reg. Sc. 1713. hist. p. 15. 18.  
Item 4. 14. & 119. 120. ubi emphysema le-  
thale a costis fractis illaesa cute. 6. cruo-  
ris spumosi exitu.

301. Effectus talis vulneris saepe. 1. aë-  
ris

ris ingressi pressio in pulmonem, respirationi hinc, & circulationi ineptum. 2. Effusus cruor in Thoracem, & accumulatus, 3. ejus extravasati, calefacti, moti, clausi undique, putrefactio. 4. hinc pleurae, pulmonum, mediastini, diaphragmatis, pericardii maceratio, erosio, corruptio, foetor. 5. infiniti ex his oriundi morbi. 6. cruoris excreatio.

302. Effusi hic cruoris signa. 1. orthopnoea. 2. decubitus in dorsum commodior, in latus laesum difficilis, in sanum impossibilis. 3. sequelae descriptae (301.) 3. pondus in Septo. 5. fluctuatio materiae. 6. natura, & situs vulneris insiacti. 7. debilitas ingens, cum pallore, sudore frigido. 8. omnium fere symptomatum incrementum perpetuum.

303. Estque tum illico educendus. 1. situ, motu, nixuque corporis. 2. factu per tubum flexilem, ad latera perforatum, obtusum ad finem. 3. injectu liquoris diluentis, resoluentis, depurantis. 4. dilatatione vulneris. 5. alia apertura inter secundam & tertiam costam veram inferiorem, ad distantiam quatuor digitorum a vertebra, & ab angulo inferiori omoplaetae, facta instrumento secante, sectione costis parallela, inter has media, deorsum directa acie.

E 4

304.

304. Si nullis distenduntur turundis, raro deteguntur, aer arcetur, fuctu artificiofo, & nixu respirationis debito expellitur aer admissus, frigus caute vitatur, brevi & opime sanantur, si curabilia sunt.

305. Tumque praecaventur omnia illa & saeva symptomata. (301.)

### VULNERA ABDOMINIS.

306. **A**bdominis vulnera non penetrantia in cavitatem noscuntur. 1. stylo, & situ. 2. injectu. 3. causa vulnerante cognita, & natura vulneris.

307. Si profunde fere usque ad peritoneum penetraverint, debilitatis ibi tegumentis, herniae occasionem praebent in corpore robusto; Pejus nihil, quam, si oblique decurrentia inter integumenta abdominis fistulosa vulnera effecerint.

308. Quare sutura, ligaturaque his prospiciendum: in caeteris curatio communis vulnerum sufficit.

309. At eadem in cavitatem Abdominis ire liquet. 1. Stylo, & situ. 2. Injectu. 3. Causa vulnerante cognita, & natura vulneris. 4. egressu contentorum.

310. Si tum omnia Symptomata levia, dolor, febris, inflammatio absunt, posito in vulnus aegro cruor non exit, injectus liquor